

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

~~Oppressus liber p 26 ff.~~  
a. gr. 708

# MANIVM

Luciani omnes dialogi, iu cundis salibus, & impē  
dio festiuis iocis referti: quibus e quissi.  
ma trutina expenditur ab ijs qui  
vita defuncti sunt, quantis in  
malis vita mortalium  
versetur.

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.

Erasmo Roterodamo interprete

Pontico Virunio. ~z 14.

Ottomaro Luscinio. ~z 33.

Vita rum dein, seu philosophorum auctio.

Luciani dialogus, Nycholao Beraldo interprete. ~z 23

Querela item virtutis, e Luciano Carolo are-  
tino traductus nuper dialogus.

Moribus este procul rigidi vultus Catones,  
Qui fugitis risus, scommata mixta iocis.

Lusimus in teneris, seris quoque ludimus annis,  
Et reliquum vitae quid, nisi lusus erit?

Cum priuilegio cesareo ad quadriennium  
ab anno Christi 1519. Ioannes  
Schottus Argentorati  
premebat.

B. GL. dott.

Salvatoris  
M. C. L.

# EPISTOLVM ER ASMI.



Ornatissimo viro, dño Christophoro  
urſeuico, Erasmus Roterodamus S

Equidem hac mente semper fui ornatissime, idē  
q̄z humanissime Christophore, ut a nullo prorsū  
vicio perinde abhoruerim atq̄z ab ingratitudi  
ne: nec unq̄z istos hominis vocabulo dignos iu  
dicarim, qui alieni in se meriti tempore ullo pos  
sent obliuisci. Rursus eos existimaui beatos, q̄b  
tantum facultatis fortunæ cōmoditas suppedita  
uit, ut bene meritis possint parem remererī gra  
tiam: beatissimos autem, quibus liciisset accæ  
ptum beneficium aliquo cum fœnore rependere.  
Proinde quum antehac sēpenumero mecū repe  
terem, quantū in me nihil promeritum tua beni  
gnitas contulisset (nam collatū arbitror quicquid  
ita delatum est, ut haud scio, utrū per fortunam,  
an per meipm, certe per te nō steterit quo minus

## EPISTOLIVM ERASMI.

accep̄erim.) circūspectarem̄, quonam argumēto possem aliquā saltem erga te memoris gratiç animi significationē dare : nec̄ in tanta fortunæ meę tenuitate quicç̄ occurreret quod ulla ex parte, non dicam tuis meritis responderet, sed quod vel animo satis faceret meo. Illud deniq̄ mihi venit in mentē , ut saltem istos quosdā non inurbanos homines imitarer, q̄ flosculo quopiā insigni, aut alio simili symbolo misso, voluntatis professionem, promptiç̄ animi studium testificari solent : pr̄sertim ipsi tenues erga eos , quibus nec̄ res, nec̄ animus sit aliorum egens munere. Ergo græcanica ingredientiā μονστρα . ( Nam musarum horti vel medijs vernāt brumis) statim inter multos varia ad blandientes gratiā, hic Luciani flosculus pr̄ter ceteros arrisit. Eum non ungue , sed calamo decerptum ad te mitto : non solum nouitate gratum, colore varium, specie venustū : nec odore modo fragrantem, verū etiam suco pr̄senteo salubrein & efficacem. Omne tulit punctū (ut scripsit Flaccus) q̄ miscuit utile dulci. Quod quidem aut nemo , mea sententia , aut noster hic Lucianus est affecutus: qui prisce comoediæ dicatatem, sed citra petulantiam referens, deū īmortalem, qua ḥafricie, quo lepore perstringit omnia :

## EPISTOLIVM ERASMI.

quo nāsō cunctā suspendit: q̄z omnia mīro sale p̄fricat: nihil vel obiter attingens quod nō aliquo feriat scommate. Philosophis infestus: atq̄z inter hos Pythagoricis potissimum, ac Platonicis, ob prēstigias. Stoicis item, propter intolerandū suā percilium, hos punctū ac cæsim, hos omni telorum genere petit. Idq̄z iure optimo. Quid enim odiosius, quid minus ferendum, q̄z improbitas virtutis professione personata? Hinc illi blasphemā, hoc est maledici vocabulum addidere: sed hī nimis quorū ulcera tetigerat. Pari libertate deos quoq̄z passim & ridet & lacerat: unde cognomē īdītum ἀθέον, speciosum profecto vel ab hoc nomine, quod ab impijs ac superstitiosis attributū. Floruit ut putant, Traiani ferme temporibns: indignus (ita me deus amet) qui īrē sophistas numeretur. Tantum obtinet in dicendo gratiæ, tantum in inueniendo felicitatis, tantū in iocando leporis, in mordendo aceti: sic titillat illusionibus: sic seria nugis, nugas serijs miscet: sic ridens vera dicit, vera dicendo ridet: sic hominū mores, affectus, studia quasi penicillo depingit: neq̄z legenda, sed plane spectanda oculis exponit: ut comœdia nulla, nulla satyra cū huius dialogis cōferri debeat: seu voluptatē spectes, se utilitatē. Vale.

ERASMO INTERPRETE  
MANIVM DIA.

3

logie Luciano ERASMO interprete.

Cnemonis, ac Damippi dialogus. 1. CNE.

**H**oc scilicet est qđ vulgo dici consuevit, hinc au-

lus leonem. DA. Quid isthuc est quod te  
cum stomachare Cnemon? CNE. Quid sto-  
macher rogas? Evidē h̄eredem reliqui quendā  
preter animi sententiā, videlicet astu delusus mi-  
ser, ijs quos maximē mea cupiebam habere prae-  
teritis. DA. Sed isthuc quinā euenit? CNE.

Hermolaū nobilem illū diuitem, quū orbus essz,  
imminente morte cōptabam, assidens atq; inser-  
uiens. Neq; ille grauatim officium meū admitte-  
bat. At interim illud quoq; mihi visum est scitū,

cōsultumq; ut testamentū proferrem ac publi-  
carem: quo illum rērē mēarē insolidū h̄eredē in-  
stitueram: nimisq; ut ille vicissim idē faceret, meo

prouocatus exemplo. DA. At quid tandem ille?  
CNE. Quid ille suo in testamento scripsiterit id

quidē ignoro. Ceterē ego repente atq; insperato  
e vita decessi, tecti ruina oppressus. Et nūc Her-  
molaus meā possidet, lupus cuiuspiam in morē,  
ipso hamo cum esca pariter auulso. DA. Imo  
non escam modo cum hamo, quin etiā te quoq;

23

## MANIVM DIALOGI E LV.

piscatorē sīl abstulit. Itaq; technā istā in tuū ipsi  
us caput struxeras. Cne. Sic apparet: idq; adeo  
d'ploro. 2 Zenophatę, & Callidemidę. Z.

**A**T tu Callidemides quo pacto interisti? Nā  
ipse quemadmodū diuinæ parasitus quū es,  
sem, immodka ingurgitatione prefocatus fuerim  
nosti, aderas eñ morienti. CAL. Aderam Ze-  
nophantes. Porro mihi nouū quiddam atq; in  
opinatum accidit. Nā tibi quoq; notus est Ptœo-  
dorus ille senex. ZENO. Orbū illū dicis, ac  
diuitem, apud quem te assidue versari conspicias-  
bam? CAL. Illum ipsum semper captabam: co-  
lebamq; id mihi pollicens fore, ut meo bono q;  
primū moreretur. Verū quū ea res in longū pro-  
ferretur: sene videlicet ultra tithonios annos vi-  
uente: compendiariam quandā excogitaui viam,  
qua ad hereditatem peruenirem. Siquidē empto  
veneno pocillatori p̄suaseram: ut simul atq; Ptœ-  
odorus potum posceret ( bibebat autem prolixī  
us) præsentius in calicem iniceret: haberetq; in  
promptu, porrectus illi. Quod si fecisset: iure-  
iurando confirmabam, me illum magumissurū.  
ZENO. Quid igitur accidit? nam inopinatu  
quiddā narraturus mihi videris. CAL. Vbi iā  
loti venissemus: puer duobus paratis poculis, al-

# ERASMO INTERPRETE

4

tero Ptoeodoro cui venenū erat additum , altero  
mihi, nescio quo modo errans, mihi venenū, Ptoe  
odoro porrexit innoxiū. Mox ille quidē bibit: at  
ego p̄tinus humi porrectim stratus sum: supposi  
titum videlicet illius loco funus. Quid hęc rideas  
Zenophanta? Atqui nō conuenit amici malis il-  
ludere. ZENO. Rideo profecto. nā eleganter  
ac lepide tibi hęc res euenit. Porro senex ille quid  
interim? CAL. Primū ad casuz subitū atq; inex  
pectatū sane conturbatus est. Deinde simul atq;  
intellexit id quod acciderat: puta pocillatoris er-  
rore factū: risit & ipse. ZENO. Recte sane. tā  
& si nō oportuit ad compendiū illud diuertere. si  
quidē venisset tibi populari vulgataq; via tutius  
certiusq; etiam si paulo serius .

3 Menippi, & Tantali. MENIP.

Q Vid eiulas o Tantale: aut quid tuā deploras  
fortunā stagno īmīnens? TAN. Quoniam  
siti enecor Menippe. ME. Vsczadeo piger es  
atq; iners, uti nō vel pronus incūbens bibere no-  
ris: vel caua vola hauriens. TAN. Nihil profe-  
cero si procumbam, refugit enim aqua simul atq;  
me proprius admoueri senserit. q; si quando hau-  
sero: orig; coner applicare: prius effluxit q; sum-  
ma rigem labia, atq; inter digitos quoq; effluens

## MANIVM DIALOGI E LV.

aqua, haud scio quomodo rursus manū meā arīdam relinquit. M E. Prodigiosum quiddā de te narras Tantale. Verē dīc mihi, isthuc ipsum quorū opus est bibere: quum corpore careas. Nā illud quod esurire poterat aut sitire, in Lydia se-pultum est: ceterē tu quū sis animus, quinā post hac aut sitire queas aut bibere? T A N. Atqui hoc ipsum supplicij genus est: ut anima perinde quasi corpus sit, ita sitiat. M E. Age ita habere credimus: quandoquidē affirmas te siti pūniri; at quid inde acerbi tibi poterit accidere? Nū metuis, ne potus inopia moriare? At equidem haud video alteros infirmos, si q̄s hoc relinquat, neq; locum aliū in quem morte demigret q̄spīā. T A N. Recte tu quidē dicis: verū hoc ipm supplicij genus est, sitire quum nihil sit opus. M E. Deslipis Tantale: & uti verum tibi fatear, nō alio potu videris egere q̄ veratro mero. Nā diuersū quiddā pateris ijs, quos canes rabiosi momordērint: ut qui non aquā quemadmodū illi, sed sitim horreas. T A N. Ne veratrū quidē recusarim bibere Menippe, si licear modo. M E. Bono es animo Tantale: certum habens, nūq; fore, ut vel tu, vel reliquorū manium quispiā bibat. neq; enim fieri potest. Quāq; non omnibus, quēad

# ERASMO INTERPRETE

modum tibi poena adiudicata est: ut sitiant, aqua  
illos non expectante.

Menippi, ac Mercurij. & MENIP.

**A**T ubinam formosi illi sunt, ac formosę Mers  
curi: Ducito me: docetoq; utpote recēs huc  
prōfectum hospitem. MER. Haud mihi licet  
per ociū Menippe, quin tu iſthuc ipſo e loco de  
xtrorsum oculos deflecte. Illic & Hiacynthus eſt  
& Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Ty  
ro, & Helena, & Leda: breuiter, quicqd eſt vete  
rum formar̄. ME. Evidē præter ossa nihil vi  
deo, caluarias q; carnibus renudatas: inter quæ  
omnia nihil fit omnino discriminis. MER. Atq  
hęc sunt que poetæ cuncti mirantur ac celebrant,  
ossa scilicet que tu videris contemnere. ME. At  
Helenam saltē mihi cōmonstra. Nā ipse quidem  
haud queam dignoscere. MER. Hęc videlicet  
caluaria Helena eſt. ME. Et huius scilicet ossis  
gratia mille naues ex uniuersa Græcia, acto dele  
ctu ſunt implete: tantaq; tum grecor̄, tum barba  
rotum multitudo cōflixit: tot urbes ſunt euerſę

MER. Ceterz Menippe, non vidisti mulierem  
hanc viuam, quod si feciſſes, forſan diceres tu q; q;  
vicio dandum non eſſe,  
Pro tali maliere diu tolerare labores?

## MANIVM DIALOGI ELV.

Alioqui si q̄s flores etiā arefactos marcidosq; cō templetur, posteaq; coloris decus abiecerint de formes nimir; vident̄. At ijdem donec florent coloremq; obtinent, sunt speciosissimi. ME. Pro inde illud iā demiror Mercuri, si gr̄ci nō intelle xerunt, sese pro re usq; adeo momentanea, queq; tam facile emarcesceret, elaborare. MER. Haud mihi vacat tecū philosophari: quare delecto loco ubicunq; velis prosterne temet ac recumbe, mihi iam aliæ sunt traducendæ umbræ.

Menippi, Amphilochi, & Trophomi 5 ME.  
**V**Os nimir; Trophome, atq; Amphiloche, cū sitis mortui, tamē haud scio q̄nam modo phanis estisdonati, vatesq; credimini, ac stulti mortales deos esse vos arbitrant̄. TRO. Quid: an nobis igit̄ imputandū, si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinant̄? ME. Atqui nō ista fuissent opinati, ni vos tū quū viueretis eiusmodi quædā portenta ostentassetis: tanq; futuronq; fuissetis p̄scñ, quasiq; prædicere potuissetis si qui percontarentur. TRO. Menippe, nouerit Amphilochus hic ip̄i pro sese respondendū esse. Ceteræ ego heros sum, vaticinorq; si quis ad me descéderit. At tu videre nūq; omnino Lebadiā adiisse: neq; em alioquin ista nō crederes. ME. Quidais: Eqdē

# ERASMO INTERPRETE

nisi Lebadiā fuissem profectus, ac linteis amictus  
offam ridicule manu gestans, per angustū aditū  
in specum irrepsissem : nequaç fieri potuisset ut  
te defunctū esse cognoscerē: perinde atq; nos, sō  
laç prestigiatura reliquos antecellere. Sed age p  
ipſam diuinandi artē, quid tandem est heros ? nec  
enī intelligo. TRO. Est quiddā partim ex hoīe,  
partim ex deo cōpositū. ME. Nēpe quod nec  
sit homo, quēadmodū audio, necq; deus, verū pa  
riter utruncq;. Ergo dimidia illa tui pars quo nūc  
recessit. TRO. Reddit oracula Menippe in Le  
badia. ME. Haud intelligo quid dicas Tropho  
me : nisi q; illud plane video, te totum esse mor  
tuum.

Charontis, ac Menippi.

## Dialogus σ CHARON.

**P**erde naulum scelestē. ME. Vociferare siq  
dē isthuc tibi voluptati est Charon. CHA.  
Redde inquā quod pro traiectione debes. ME.  
Haud quaç auferre queas ab eo qui nō habeat.  
CHA. An est quisq; qui ne obolum quidē habe  
at. ME. Sit ne alius quispiam præterea, equidē  
ignoro : ipſa certe nō habeo. CHA. Atqui præ  
focabo te per Dite, impurissime, ni reddas. ME.  
At ego illiso baculo tibi comminuam caput.

CHARON. Num ergo te tam longo traiectu

b. ij

## MANIVM DIALOGI BLV.

gratis trāsuexero: ME. Mercurius meo nomi  
ne tibi reddat: ut qui me tibi tradiderit. MER.  
Belle mecum agetur per louem. siquidē futurum  
est, ut etiā defunctorē nomine psoluam. CHA.  
Haud omittam. ME. Quin tu igitur hac gratia  
perge, ut facis, nauim trahere: q̄d quod non ha  
beo quinam auferes: CHA. At tu nesciebas qd  
tibi fuerit adportandum: ME. Sciebam quidē:  
verē non erat. Quid igit̄? num ea gratia erat mi  
hi semper in via manendum: CHA. Solus ergo  
gloriaberis te gratis fuisse trāsuetū: ME. Haud  
gratis o preclare. siquidē & sentinam exhausi, &  
remum arripui, & vectorum omnīū unus nō eiu  
lauī. CHA. Ista nihil ad naulum: obolum reddas  
oportet. neq; enim fas est secus fieri. ME. Proin  
de tu me rursum in vitā reuehe. CHA. Belle di  
cis: nimis ut verbera etiam ab AEaco mihi lucri  
faciā. ME. Ergo molestus ne sis. CHA. Ostē  
de quid habeas in pera. ME. Lupinum si velis:  
& Hecatē coenam. CHA. Vnde nobis hunc ca  
nem adduxisti Mercuri: tū qualia garriebat inter  
nauigandum: vectores omnes irrideps ac dicte  
rijs incessens: unusq; cantillans, illis plorantibus.

MER. An ignoras Charon, quem virum trans  
uexeris: plane liberum, cuiq; nihil omnino curæ

# ERASMO INTERPRETE 7

sic hic est Menippus. CHA. Atqui si unqp post  
hac te recepero. ME. Si receperis o preclare, ne  
possis quidem iterum recipere.

Cratetis, ac Diogenis. 7 CRA.

**M**OErichum diuitem noueras ne Diogenes?  
Millum inquā supra modū diuitem, illum Co-  
rintho prefectū: cui tot erant naues onuste mer-  
cibus: cuius cōsobrinus Aristes, quū ipse qc qb di-  
ues esset, Homericū illud in ore solebat habere.  
Aut me confice tu: aut ego tete.

DIO. Cuius rei gratia sese captabāt inuicē Cra-  
tes? CRA. Hereditatis causa: quū essent equa-  
les, uterque alterque captabat. Iamque testamenta pu-  
blicauerant ambo: in quibus Moerichus, si prior  
moreretur, Aristen omniū rerum suarū dominū  
relinquebat. Moerichum vicissim Aristes, si qdē  
ipse prior e vita decederet. Hec igitur quum essent  
in tabulis scripta, illi inter sese captabant: & alter  
alterum adulationibus obsequijsque superare cō-  
tendebat. Porro diuini, haud scio utrum ex astris  
id quod futurū sit coniectantes, an somnijs quēs  
admodū Chaldei faciūt: quin & Pithius ipe nūc  
Aristen victorem fore pronunciabat, nunc Moe-  
richū: ac trutina quidē interim ad hunc, interim  
ad illum propendebat. DIO. Quid igitur tandem

6. 67.

## MANIVM DIALOGI E LV.

euenit: nā audire est operēpciu3 Crates. CRA  
Eodem die mortui sunt ambo.. Ceterz hæreditas  
tes ad Eunomiū ac Thrasylem deuenerunt: quo  
rum uterq; cognatus illis erat. Atqui de his nihil  
prædixerant diuinī futurum, ut tale quippiā aecī-  
deret. Etenim quū Sicyone Cirrham versus nauigare  
rent, medio in cursu obliquo orto lapige, eo s̄t  
depulsi. DIO. Recte factum. At nos quum esse  
mus in vita, nihil eiusmodi alter de altero cogita-  
bamus. Necq; eñ ego unq; optabam ut moreret  
Antisthenes, quo nimirū baculus illius ad me re-  
diret hæredem ( habebat aut̄ egregie validū ) quē  
ipse sibi parauerat oleaginū . Necq; tu Crates op̄i  
nor desyderabas, ut me mortuo, in possessionum  
mearz successiōem venires. puta dolij, ac pere, in  
qua quidē lupini chœnices inerant duę. CRA:  
Necq; eñ missi quicq; istis rebus erat opus: imo  
ne tibi quidē Diogenes. siquidē que ad rem perti-  
nebant, queq; tu Antistheni succedens accepisti;  
deinde ego succedens tibi, ea nimirū multo sunt  
potiora, multoq; splendidiora q; vel Persarz im-  
perium. DIO. Per louem, meminō me in istius-  
modi opum hæreditatē Antistheni successisse: ti-  
bicq; eas longe etiam maiores reliquisse. CRA.  
Verz reliqui mortales hoc possessionum genus

# ERASMO INTERPRETE

8

aspernabantur: nec quisq; nos ob spem potiu  
de hæreditatis obsequijs captabat, sed ad aurum  
omnes intendebant oculos. DIO. Nec iniuria:  
nec em habebant quo facultates eiusmodi a no  
bis traditas acciperent: quippe rimosi iam, vicia  
ticq; delitij, non aliter q; vasa carie putrida. Quo  
fit, ut si quādo quis in illos infundat vel sapientiā,  
vel libertatē, vel veritatē, effluat illico, perstilletq;  
fundo quod immissum est continere non valente:  
Cuiusmodi quiddā & Danai filiabus aiūt accide  
re: dū in dolium pertusum haustā aquam importat  
at ijdem aurū dentibus, & unguibus, omnīq; vi  
seruabāt. CRA. Proinde nos hic q;c nras possi  
debimus opes illis si atq; huc venerint, obolū dū  
taxat secū ferēt, ac ne hunc q;dē ulterius q; ad po  
titorem. Nirei, ac Thersitæ. 6 NIR.

**D**Ostremo vel Menippus hic iudex erit, uter  
nostrū sit formosior. Dic Menippe, an nō ti  
bi videor forma pstantior? ME. Imo quinā sitis  
prius arbitror indicandū. nā hoc opinor scitu est  
opus. NIR. Nireus, ac Thersites. ME. Vter Ni  
reus, uter Thersites: nōdū em vel hoc satis liquet.

**THER.** Iam unū hoc vinco q; tibi sum similis,  
neq; tanto p me p cellis, quanto te cecus ille Ho  
merus extulit, unū omniū formosissimū appellās;

## MANIVM DIALOGI E LV:

Quin ego fastigiato vertice , raris q̄b & impexis  
capillis ille , nihilo te inferior visus sum arbitro . Iā  
vero contemplare Menippe , utrū altero formosi  
orem existimes . NIR. Mirū , ni me Aglaia Cha  
ropeq̄ prognatum , qui vir pulcherrimus unus ,  
Omnibus e grajs priameia ad pergama veni .

ME. Atqui non item sub terrā opinor pulcher  
rimus venisti . quippe qui reliquis quidē ossibus  
alijs appareas similis . Porro caluaria hoc uno in  
signi a Thersite caluaria dignosci possit : q̄ tua de  
licata est ac mollicula . quandoquidē istuc habes  
effeminate ac neuticq̄ viro decorum . NIR. At  
tamen Homerū percontare , qua specie tum fue  
rim quū inter græcorę copias militarē . ME. Tu  
quidē somnia mihi narras : at ego ea specto quæ  
video , queq̄ tibi adlunt in presentia . Ceterę ista  
norunt qui id temporis viuebant . NIR. Quid  
igitur tandem ? An non ego huic formosior Me  
nippe ? ME. Necq; tu , necq; quisq; alius formo  
sus hoc loco . siquidē apud inferos æqualitas est:  
pares q̄b sunt omnes . THER. Mihi quidez vel  
hoc sat est . "

Diogenis , ac Mausoli . " DIO.

He tu Car , quare tandem insolens es , tibiq;  
places : ac dignū te credis q̄ unus nobis omni

# ERASMO INTERPRETE

9

bus anteponare. MAV. Primum regni nomine  
o tu Siopensis, quippe q̄ Cariæ imperauerim uni  
uersæ: præterea Lydiæ quoq; gentibus aliquot. tū  
aut & insulas nonnullas subegerim. Miletū usq;  
peruenerim: plerisq; Ioniæ partibus vastatis. Ad  
hæc formosus eram ac procerus, ac bellicis in re  
bus preualidus. Postremo, quod est omnium maxi  
mum, in Halicarnasso monumentū erectū habeo  
singulari magnitudine, quantū videlicet defun  
ctorꝝ alius nemo possidet: necq; pari etiā pulchri  
tudine conditū: viris scilicet atq; equis, pulcherri  
mo e saxo, viua forma absolutissimo artificio ex  
pressis: adeo, ut vel phanum aliquod simile haud  
facile quis inueniat. Num iniuria tibi videor has  
ob res mihi placere, atq; efferris? DIO. Num ob  
imperiū ais, ob formā, atq; ob sepulchri molem?

MAV. Per louē, ob hæc inquā. DIO. Atqui  
o formose Mausole, necq; vires iam illę, necq; for  
ma tibi iam adest: adeo, ut si quem arbitrū de for  
mæ præcellentia delegerimus, haud quaq; dicere  
potis sit, quā ob rem tua caluaria meæ sit antefes  
renda. siquidē utracq; pariter tū calua, tū nuda, utri  
q; dentes prominulos pariter ostētamus: pariter  
oculis orbati sumus: pariter naribus simis, ac sur  
sum hiantibus deformati. Ceterꝝ sepulchrū ac sa-

c

# MANIVM DIALOGI E LV.

xa illa preciosa, Halicarnasseis forsitan iactare si-  
cebit; & hospitibus glorię causa ostentare: tanq;   
qui magnificā quandā apud se structurā habeat,  
verè quid hinc cōmoditatis ad te redeat vir e gre-  
gie, nequaq; video. Nisi forsan illud cōmodū vo-  
cas, q; plus oneris atq; nos sustines, sub tā ingēti  
bus laxis pressus ac laborans. MAV. Ita ne ni-  
hil illa mihi conducūt omnia? planeq; pares erūt  
Mausolus ac Diogenes? DIO. Imo haud pares  
inquā. Nā Mausolus discruciatitur quoties earū  
rerum in mentē veniet quibus in vita florere cō-  
suevit: at Diogenes interim eu; ridebit. Atq; ille  
qdem de suo illo mōnumento quod est in Hali-  
carnasso memorabit, ab uxore Artemisia, atq; so-  
rore parato: contra Diogenes ne id quidē suo de-  
corpore nouit, nunq; habeat sepulchrum. Necq;  
eī illi res ea curę est. Verè apud viros excellēti-  
simos sui memoriā famamq; reliquit: ut qui vitā  
peregerit viro dignā, tuo monumēto Carum ab-  
iectissime, excelsiorem, ac tutiore in loco substru-  
etam. Símyle, ac Polystrati. 10

## SIMILV.S.

**V**enisti tandem & tu Polystrate ad nos, quū an  
nos vixeris haud multo pauciores centū, opi  
nor. P.O. Nonaginta octo Simyle. Sl. Sed q.

# ERASMO INTERPRETE

nam triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras superstes: Nam ipse perij te ferme septuagenario. PO. Quid suauissime profecto, etiam si hoc mirum tibi videbit. SI. Mirum vero, siquidē tibi primū seni, deinde iuualido, postremo etiā orbo quicq; poterat esse in vita suaue: PO. Princípio nihil erat quod non possem. Præterea pueri formosi complures aderant: tum mulieres nitidissimę, unguenta, vinum mire fragrans, postremo mēs vel sicolis illis lautiores. SI. Noua narras. Nam ego te plane sordidum ac parcissimum esse sciebam. PO. Atqui vir preclare, ex alienis arcis opes mihi subscatebat. Tum diluculo protestinus cōplurimi mortales ad fores meas ventabant: simulq; ex omni rerum genere quae terrarū ubiuis pulcherrimę reperiuntur munera deportabantur. SI. Num me defuncto regnū gessisti:

PO. Minime: verū amantes habebam innumeros. SI. Non possum non ridere. Tunc amantes tantus natu quum essem, vixq; tibi dentes superessent quattuor: POLY. Habebam per louē, equidem optimates ciuitatis. Quumq; essem tū senex, tum caluus, sicuti vides: præterea lippi eius etiam, ac senio cæcutiens, postremo naribus mucosis, tñ cupidissime mihi inserviebant: adeo

## MANIVM DIALOGI E LV.

ut is felix videretur quēcunq; vel aspexissem mo  
do. Sl. Num tu quoq; quemadmodū Phaon il  
le, Venerem aliquā a Chio transuexisti : ut ob id  
optāti tibi illa dederit, rursum ad iuuentam redi  
re, ac denuo formosum atq; amabilē fieri ? PO.  
Haud quaq;, quin magis quū talis essem qualem  
dixi, tamē supra modum adamabar. Sl. AEni  
gmata narras. PO. Atqui notissimus est hic a  
mor, quū vulgo sit frequens. nēpe erga senes, or  
bos, ac diuites. Sl. Nunc tua forma unde tibi p  
fecta fuerit intelligo vir egregie, nimirū ab aurea  
illa Venere. PO. Verūtū non parū multas co m  
moditates ab amātibus tuli Simyle, propemodū  
etiā adoratus ab illis. Porro səpius etiā quasi p  
cax illis illudebam: excludens interim nonnullos  
eorū. Interim illi inter se decertabant: & in am  
biendis primis apud me partibus, aliis aliū ante  
ire nitebae. Sl. Sed age, de facultatibus tuis qd  
tandē statueras ? PO. Palā quidē affirmabam:  
me unumquēq; illorū relicturū hæredem, idq; illi  
quū crederent futurū, certatim se quisq; obsequē  
tiorem atq; adulantiorē præbebat. cæterū alteras  
illas veras tabulae, quas apud me settaueram re  
liqui: in quibus omnes illos plorare iussi. Sl. Ac  
postremq; ille tabulæ quem pronunciabant heres

# ERASMO INTERPRETE //

dem? Num e cognatis quempiā? PO. Nō per  
Iouē:imo nouitium quendā ex formosis illis ado  
lescentulis, natione phrygē. SI. Quot annos na  
tū Polystrate? PO. Viginti ferme. SI. Iam in  
telligo quibūs obsequijs ille te demeruerit. PO.  
Attī multo illis dignior qui scriberet h̄eres, etiā si  
barbarus erat ac perditus: quem iam īp̄i etiā opti  
mates colunt captantq; Is igit̄ mihi extitit h̄eres.  
Iamq; inter patricios numeratur, subraso mento,  
barbaroc; cultu ac lingua. Quin eū Cōdro gene  
rosiorem, Nireo formosiōrē, Vlysse prudentiorē  
esse p̄d̄icant. SI. Nō laboro vel totius Græcie  
sit impator: si libet, mō ne illi potian̄ h̄ereditate.

Diogenis, & Alexandri. 11 DIO:

Quid hoc rei est Alexānder? Ita ne defunctus  
es tu quoq; perinde atq; nos omnes? ALE.  
Vides nimis Diogenes. Tam& si mirandū non  
est, si homo quū fuerim, defunctus sim. DIO:  
Num ergo Iupiter ille Amōn mentiebatur, quū  
te suū filiū eē diceret? An vero tu Philippo patre  
prognatus eras? ALE. Haud dubie Philippo.  
Neq; enim obijsem, si Ammone parente fuis  
sem progenitus. DIOGE. Atqui de Olympia  
de etiam consimilia quædā ferebantur: puta dra  
conem quendam cum ea fuisse con-

c ij

## MANIVM DIALOGI E. LV.

gressum, visum: in cubiculo: ex eo grauidā per-  
perisse te. Porro Philippum errare, falli, qui se  
tuum patrem esse crederet. ALEX. Inaudieram:  
quidem & ipse ista quemadmodū tu: at nūc vi-  
deo, nec matrem, nec Amonis illos vates san-  
quicq; aut veri dixisse. DIO. Attamen istud il-  
lorū mendaciū Alexander, ad res gerendas haud  
quaç tibi fuit inutile: propterea, q; vulgus te ve-  
rebatur metuebatq;: quū deum esse crederet. Sz  
dic mihi: cuinam tam ingens illud imperiū mori-  
ens reliquisti? ALEX. Id quidez ignoro. celeria-  
us em e vita submouebar q; ut esset ocium de il-  
lo quicq; statuendi: preter id unū, q; moriēs Per-  
dicæ anulum tradidi. Sed age, quid rideas Dioge-  
nes? DIO. Quid ni rideam? An non meministi  
quid Græci fecerint: quū nuper tibi arrepto impe-  
rio adularentur: principemq; ac ducem aduersus  
barbaros deligerent? nōnulli vero in duodecim  
deorum numerū referrēt, ac phana constituerēt,  
deniq; sacra facerent, tanq; draconis filio? Sed il-  
lud mihi dicio, ubi te sepelierunt Macedones?  
ALEX. Etiamdum in Babylone iaceo tertium  
iam diem. Porro Ptolomæus ille satelles meus, si  
quando detur ocium ab his rerū tumultibus qui  
nunc instant, pollicetur in AEgyptum deporta-

## ERASMO INTERPRÈTE

12

turū me, atq; inibi sepulturū: quo videlicet unus  
fiam ex dijs ægyptijs. DIO. Non possum nō ri-  
dere Alexander, qui quidez te videam etiā apud  
infernū desipientē, sperantemq; fore, ut aliquādo  
vel Anubis fias, vel Osiris. Quin tu spes istas a-  
mittis o diuinissime, neq; em fas est reuerti quē  
ēp qui semel pāludē trāsmiserit, atq; intra specus  
hiatum descenderit. propterea, q; neq; indiligēs  
est AEacus, neq; cōtemnendus Cerberus. Verz  
illud abs te discere puelim: quo feras animo, quo  
ties in mentē redit, quāta felicitate apud superos  
relicta, huc sis profectus: puta capitis custodib;  
satellitibus, ducibus, tū auri tanta vi, ad hoc po-  
pulis qui te adorabant. Præterea Bāylone, Ba-  
etris, īmanibus illis beluis, dignitate, gloria. Dein  
de q; eminebas cōspicuus dū vectareris: dū ami-  
culo candido caput haberet reuictū: dū purpu-  
ra circūamictus es. Nunquid hæc te discruciat  
quoties recursant animo? Quid lachrymas stul-  
te? An non id te sapiens ille docuit Aristoteles?  
ne res eas quę a fortuna proficiscātur, stabiles ac  
firmas existimares? ALEX. Sapiens ille: quum  
sit assentatorum omnium perditissimus. Sine me  
solum Aristotelis facta scire: ēp multa a me petie-  
rit: quę mihi scripserit; deinde quemadmodum

c iiiij

## MANIVM DIALOGI E LV

abusus sit mea illa ambitione , qua cupiebam eru-  
ditione cæteris præstare : quum mihi palparetur  
interim:ae prædicaret me, nūc ob formā:tanç &  
ipsa summi boni pars quēdam esset : nunc ob res  
gestas , atç opes . Nam has quoç in honore nu-  
mero collocandas esse cēsebat . ne sibi vitio ver-  
teretur,ç eas acciperet . Plane præstigiosus vir il-  
le quidez erat ac fraudulentus o Diogenes . Q,ç  
illud fructus scilicet ex illius sapientia fero:ç nūc  
perinde quasi summis de bonis excrucior,ob ista  
quæ tu paulo ante cōmemorasti . DIO . At scia  
quid facies ? Ostendam tibi molestię istius reme-  
dium . Quandoquidez his in locis veratrum non  
prouenit, fac ut Lethei fluminis aquā auidis fau-  
cibus attrahens,bibas:iterumç ac sèpius bibas .  
Atç eo pacto desine de bonis illis Aristotelicis  
discruciari . Verè enim Clitum etiam illum , & Ca-  
listhenem video: cumç his alias cōpluris raptim  
huc sese ferentes , quo te discerpant: poenas ç su-  
mant ob ea quę quōdam in illos contulisti . Qua-  
re fac in alterā hanc ripam te conferas ; & crebri-  
us ut dixi,bibas .

Menippi , & Chironis .

12

M E N I P P V S :

¶ Quidem inaudiui Chiron, te deus quum es

## ERASMO INTERPRETE 13

ses, tamen optasse mortē. CHIRON. Vera nimirum sunt ista quæ audisti Menippe: planeq; mortuus sum sicuti vides: quum mihi licuerit im mortalem esse. MENIP. At quænara te mortis cupido tenebat? res videlicet, quā vulgus hominum horreat. CHIR. Dicam apud te virum neutiquā stultum atq; imperitum. Iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. MENIP. Quid? An iniucundum erat te viuere, lucem q; tueni? CHI. Erat inquam Menippe. Nā quod iuqundū vocant, id ego neutiq; simplex, sed variū, quiddam esse arbitror. Verum quum ego semper viuerem: atq; h̄sdē perpetuo rebus ute rer, sole, luce, cibo: tum horæ eodem recurrerent: reliqua item omnia quæcunq; contingunt in vita reciproco quodam orbe redirent: atq; alijs ailia per vices succederent: satietas videlicet eoru me cepit. Neq; enim in eo voluptas est sita, si p; petuo fruaris h̄sdem, sed omnino in permutando posita est. MENI. Prōbe loqueris Chiron. Cetera hæc quæ apud inferos agitur vita, quinā tibi procedit: posteacq; ad hanc tanq; ad potiorē te contulisti. CHIRON. Haud insuauit Menippe. Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum populare. Nihil autem certe interest

## MANIVM DIALOGI E LV.

utrum in luce quis agat, an in tenebris. præterea  
necq; sitiendū est nobis quemadmodū apud supe  
ros, necq; esuriendū: sed eiusmodi reꝝ omniū egē  
tia vacamus. ME. Vide Chiron ne temet ipse ī  
uoluas: neue eodē tibi recidat oratio. CHI. Quā  
obrem isthuc ais? ME. Nempe si illud tibi fasti  
dio fuit, q̄ in vita semper īsdem similibusq; rebo  
utendū erat: quū hic itidē similia sīnt omnia: eun  
dem ad modū parient fastidiū. At de integro tibi  
quērenda erit vitę cōmutatio: atq; hinc quopiam  
aliā in vitam demigrandū: id quod arbitor fieri  
non posse. CHI. Quid igit̄ faciundū Menippe?

ME. Illud nimirū, uti sapiens quū sis, quēadmo  
dum opinor, & vulgo prēdicant, p̄sēntib⁹ re  
bus sis contentus: necq; quicquā in his esse putas  
quod ferri non queat.

Menippi, & Cerberi. 13 MENIP.

**H**ec Cerbere, quādoquidē mihi tecū cognos  
tio quedam intercedit: quū & ipse sim canis  
dic mihi per stygiam paludem, quomodo se se ha  
bebat Socrates quum huc accederet: Verisile est  
autē, te deus quū sis, non latrare modo, verū etiā  
humano more loqui, si quādo velis. CER. Quū  
procul adhuc abesset Menippe, viſus est constā  
ti atq; interrito adire vultu, perinde quasi morte

# ERASMO INTERPRETE. 17

nihil omnino formidaret: ac tanq; hocipm vellet  
ijs qui procul a specus ingressu stabant ostende-  
re. verū simul atq; despexit in hiatum, viditq; pro-  
fundū atq; atrum antri recessum, simulq; ego cō-  
tantem etiam illum aconito mordens, pede corre-  
ptum detrahēre, infantū ritu eiulabat: suosq; de-  
plorabat liberos; nihilq; non faciebat, in omnem  
specie sese conuertens. ME. Num igit; fucate sa-  
piens erat ille, neq; vere mortem contemnebat?

CER. Haud vere. Ceterū ubi vidit id esse neces-  
se, audaciā quandā pr̄ se ferebat: quasi vero vo-  
lens id esset passurus, quod aliqui volenti, nolen-  
ti tamen omnino fuerat ferendū: videlicet q; spe  
etatoribus esset miraculo. Evidem illud in totū  
de viris istiusmodi vere possim dicere: ad fauces  
uscip specus intrpidi sunt ac fortes: porro intus  
quama sunt, nihil mollius neq; fractius. ME. Ce-  
terū ego quonā animo tibi visus sum subiisse spe-  
cum: CER. Vnus mortalium Menippe sic mis-  
hi visus es subire, ut tuo dignum erat genere: &  
prior te Diogenes, prop̄ ea, q; neutiç adacti sub-  
ieritis, aut ingrati, verū tum ultronei, tum ridētes,  
atq; omnibus plorare renunciantes.

Huc usq; ex ERASMO.

# MANIVM DIALOGI E LV.

LVCIANI SCIPIO P. Virunio

interprete. Interlocutores.

Alexander, Hanibal, Minos, Scipio.

ALEXANDER.

O Libyce, me decet præponi. melior quidē sū.  
HA. Imo vero me. ALE. Iudicet ergo Mi  
nos, qui sp iustissimus iudex est habitus. MI.  
Quis es tu? ALE. Hic est Hanibal carthaginē  
sis: ego aut̄ Alexander Philippi regis filius. MI.  
Per louē utriq; gloriosi, sed qua de re vobis alter  
atio est? ALE. De præstantia. dicit em̄ is se se  
me meliore q̄ ego ducē exercitus fuisse: ego ve  
ro nō hoc solū, sed omnibus ferme qui ante meā  
ætatē fuere in re militari p̄stantiorē me esse affir  
mo. MI. Dicat ergo uterq; pro parte virili: tu o  
Libyce prius loquaris. HA. Vnum hoc me iu  
uat: q̄ ut hic sermonem gr̄cū didicerim, ut ne q̄  
etiam hac in re Alexander me supereret. Illis maxī  
me laudis dignos puto, qui quū parui a principio  
fuere, propria virtute ad magnam gloriam eua  
sere: potentesq; facti, & principatu digni viisi sūt.  
Ego igitur cum paucis quibusdam h̄esperiā pris  
mum inuadens, quū subconsul essem, optimus &  
fratre iudicatus, maximis rebus idoneus visus sū.  
Tum deniq; Celtiberos cœpi; atq; Gallos ipsos

## P. VIRVNIO INTERPRETE 15

deuici. Et quum magnos montes trāsmigrasse  
omnē Eridanū trāscurri: multasq; ciuitates euer-  
ti: & planā Italiaz subiugauit: & usq; ad suburbia  
Romam grassatus sum: totq; uno die romanos  
occidi, ut eorum anulos modījs mensurari opos-  
tuerit: & ex cadaueribus pontes fluminibus fece-  
rim. Atq; hæc omnia peregi nec Āmonis dictus  
filius, necq; deū me singens, aut matris insomnia  
narrans: sed me hominē fatebar: pugnabamq; eō  
tra duces magna prudentia, cōtra milites magna  
audacia atq; fortitudine prēditos. Non aduersus  
Medos, aut Armenos, qui anteq; quispiā seque-  
tur fugiunt: facile cuiq; audenti victoriā tradunā.  
Alexander vero regni patris successor, & id for-  
tunæ quodā impetu ampliavit. Qui quū vicerit  
illū miserum Darium, apud ipm & Arbellas vi-  
ctoriam cœpit. Antiquā ex patre cōsuetudinem  
omittens, delabi non turpe putauit: se seq; ad Me-  
dorum delicias inuitari libenter tulit: atq; in con-  
uiuījs amicos interemit, quibus quū morerentur,  
auxiliari conatus est. Ego autē patrię dominatus  
sum: que quū me reuocaret, hostiū magna classe  
aduersus Libyā nauigante, parui: continuoq; me  
hominē priuatū dedi: & damnatus æquo animo  
rem tuli. Quæ quidē egī barbarus notus, omnisq;

grecorum discipline expers : & neq; Hōmerum  
ut hic, edidici , necq; Aristotele maḡo eruditus :  
sed solum mea natura optima sum usus. Hęc qdē  
sunt quibus me meliore Alexandro esse puto. Si  
vero ea causa mihi hic præferendus est , q caput  
eius diademate ornauerit, id deorū forsan apud  
Macedones est : non tamē ob id præstantior hic  
videatur generoso duce, & viro qui mentis sen-  
tentia magis q fortuna est usus . M I. Hic certe  
orationē necq; ingenerosam, necq; ut libycum de-  
cebat dixit: tu vero Alexāder qd ad hęc inquis :

ALE. Oportet quidē o Minos, homini adeo te  
merario nihil respondere . Solū enim te nomen  
satis edocere potest, qualis ego rex, qualis hic la-  
tro habitus fuerit. Aduerte tñ , an parum ipm su-  
perauerim. Adolescens adhuc rem aggressus, re-  
gnūm obtinui: & de patris mei interemotoribus  
ultus sum. At quū Thebas subuertissem, toti grę  
cię terror fui: ab ea dux electus. Necq; dignū pu-  
taui, Macedonū regno me cōtentū esse, qd pater  
reliquerat, sed totū terrę orbē sitiui: durūq; pu-  
tans, nisi rerę oīm dñs essem, paucos quosdā me-  
cum agens, in Asiā me traduxi: & apud Theogo-  
niā cū magna pugna vici Lidiā, Ionfā, & Phrygi-  
am coepi. Et tandem quecūq; transieram sibiugās,  
veni ad ipm locū ubi Darius me expectabat , infi-

nitos exercitus agens. Post hæc o Minos, nescis  
q̄t ad vos uno die mortuos miserim? Dicit enim  
Charon, tunc sibi scaphā insuffecisse: sed ligna q̄•  
dam adiungēs, illor̄ plures trāsportasse. atq̄ hæc  
confeci me periculis opponens, & in pugna vul-  
nerari nō timēs. Et ut quę apud Thor̄ & Arbe-  
lás gesta sunt omittā, usq̄ Indos veni: atq̄ ocea-  
num mei regni thronū feci: & illor̄ hoīm elephā-  
tes habui. Pyrrhū vero meū captiuū coegi: & scy-  
thas hoīes certe nō spernēdos, subiugaui. Tanaī  
sup̄transiēs magna equitū pugna vici: ac amicos  
meos remuneraui. De inimicis ultus sum. Si vero  
deus hoībus videbar, parcendū illis erat. Nā reī  
magnitudie ut tale aliqd de me crederet inducti  
sunt, tandem mors me regē occupauit. Hic aut̄ Ha-  
nibal apud Prusiā Bitynię exulauit: & crudelissi-  
mo & pessimo hoī cōueniēs erat. Qz vero Italos  
vicit, omitto dicere. nā nō virtute, s̄ malicia atq̄  
pfidia & dolis id pegin: nunq̄ aut̄ alicuius claritu-  
dinis aut iusti memor. Sed qm̄ q̄ deliciose vixe-  
rim vitup̄auit: oblitus mihi videt eor̄ quę apnd  
Capuā admiserit. Ibi em̄ mulierib⁹ deditus est, &  
voluptatib⁹ sa vir mirabilis p bellī t̄pus inseruie-  
bat. Ego quoq̄ ea q̄ sub occidēte sunt pua quidē  
putās, nisi versus orientē me impulisse: ac magni-  
ficū qd pfedisse. Sz hæc indigna. Nā Italiā atq̄

## MANIVM DIALOGI E LV.

Libyam ditioni meç adiungens, usq; Gades facio  
le iuissim. Iam dixi: tu quoq; o Minos iudica, hec  
quidē e multis sint. SCI. Non, nisi me prius au-  
dias o Minos. MI. Quis tu vir optime es? aut  
unde? q; hisce claris ducibus te conferre audes?  
SCI. Italus Scipio romanus. MI. Audiēdus q;  
pe es. SCI. Ego o Minos hec non dicam, ne pre-  
ferri velim. Nunq; em̄ huiuscē generis honoris  
audius fui, sed semp̄ esse q; videri malui: nec qd̄  
isti utrīq; fecerunt, in me laudando alios vitupe-  
rem. Iam puerō mihi omne vitiū displicuit. & bo-  
nis artibus a primis annis deditus, humanitatiq;  
inseruiens, scire solum turpe putabam: sed opere  
semper perficere quicqd magnificū a maioribus  
natū, aut literis didicissem, conatus sum. Ita ado-  
lescens vixi, ut maxima patrie spes fuerim. Quæ  
illam frustrata non est. Nā quū senatus maximo  
timore, an esset patria relinquenda, consultaret:  
vix iuuenis ( quū ei ætatī nō liceret ) in medios se-  
nes prosiliij: & stricto ense, hostem me habituru; z  
profiteor eum, qui deserendē patriæ sententiam  
protulerit. Quare vix quartū & vigesimū annū  
agens, dux electus, nō cum magno exercitu ver-  
sus Carthaginem iui: atq; Hanibalē secutus vici:  
eū quoq; in turpē fugam cōuerti. Et deuicta Car-

thagine non rei felicitate elatus sum: eundem me  
 amici, eundem me patria post victoriam habuit:  
 Diuites vero in bonis amicis esse putauit, non in  
 auro. Nā per quattuor & quinq̄ginta annos, qui  
 būs vixi, nihil unq̄b emi, aut vendidi. Ex foro q̄c  
 nunq̄b diuertissem, nisi quempīa mihi aliquo mo-  
 do amicū fecissem: & ut mercatoribus pecunias  
 lucrari studium est, ita mihi ut adipiscerer homi-  
 nes omni metallo p̄stantiores cura erat. Quib⁹  
 qualis fuerim, Titus Liuius, cæteriq̄b historici te-  
 stari possunt. Ac ex Carthagine reuersus trium-  
 phum eḡi censorq̄b factus sum. AEgyptū, Syriā,  
 Græciā percurri. Iterumq̄b absens consul electus,  
 bellum maximū confeci: & Numantiā euerti. at  
 q̄ alia egi. Nunq̄b me qs aut in p̄speris eleuantē  
 fortunā, aut in aduersis opprimentē vīdit: quin  
 tanta animi liberalitate usus sum, ut quū grandis  
 dominus esse potuerim, quattuor & viginti so-  
 lum libras argenti reliquerim. Illud nō tacebo sci-  
 licet, me nunq̄b iniustū aut crudelem fuisse, aut ali-  
 cuius generis voluptate corruptū. Et hēc uti insis-  
 piens dixi: non ea ratione q̄ preferri velim retu-  
 li, sed graue erat nō monstrare: ut est, Romanos  
 omni genere virtutis ceteras gentes supasse. Ita  
 q̄ ut viuu pro patria pugnauit, p̄triæq̄b pietatē

## MANIVM DIALOGI E LV

mihi & rebus cæteris prætuli: sic nunc apud te o  
Minos pro patria hæc dicta sunt. Mi. Per louē,  
o Scipio, & recte, & uti romanū decet locutus es.  
Itaq; quū disciplina militari, rebusq; bellicis hisce  
æqualem, aut te præstantiorē discamius, te prefe-  
rendum censeo. & Alexandrē secūdus sit. & ter-  
tius Hanibal: nec hic quidē spernendus est.

## LVCIANI SCAPHIDIV M

Locutores. Charon, Mercurius, Menippus, Car-  
molaus, Lampicus, Damasias, Craton, Nico,  
Philosophus.

## CHARON.

A Vdite quo quidē pacto nostra se negocia ha-  
beant, parua eñ (ut videtis.) ac vetus nobis  
est nauicula, rimisq; fatiscit, ac fluctuū impulsione  
naufraga est. Vos vero nonnulli simul aduenitis  
plurima quisq; secum deferētes. Si ergo his cum  
rebus scapham ascēdetis, vereor postmodū vos  
pœnitibit: maxime qſquis nare ignorabit. Quo  
itaq; consilio tute nauigemus, ego vos docebo.  
Nudos, omniūq; vacuos rerum ingredi quoscū  
q; oportet, ac cuncta superflua in ripa depone-  
re. hoc itaq; modo nostra capax visserit nauicu-  
la. Quare o Mercuri, hoc tibi de cætero sit curæ,  
præter nudatos omniūq; vacuos, neminē admit-  
tere, in ipso stans introitu, Pépla, aliaq; (uti dixi)

mus) facito quēcunqz deponere. Agnosce, & recipere: sed nudatos ingredi coge. MER. Per pulchre dicas. sic em faxo: sed quis nam est is prior?

ME. Ego sū Menippus. at vide o Mercuri, per ram, baculum qz in lacum proieci, ac palam minime tuli. MER. Ascende Menippe oīm fortissime, primūqz apud naturam locū tene, quo possis omneis intuerier. Quis est hic alter? CAR. Carmolaus megarensis, amore semp perduto affectus, cuius duorum talentorz unicū fuit osculū.

MER. Hunc desere decorē, labia, oscula, commam perpexā, oris qz ruborem, ac vultus nitorē. O factū bene. ingredere iā. Sed quis est alter purpurea veste induitus, caputqz diademate præcinctus? LAM. Ego sum Lampicus. MER. Tot tantaqz veniens tecum fers? LAM. Decet ne o Mercuri, hominē regem nudū aduenire? MER. Regem minime, mortuū vero potius: quare hīste exue. LAM. En gaçā abiçcio. MER. Et insolentiā atqz sæquitia abiçcias o Lampice: hæc em sua grauitate nostrum submergerent phaselum.

LAM. Sic faxo: sed saltē diadema cōcede, ac vestem regiā habere. MER. Nequaçz, hæc etiam continuo depone. LAM. Fiat. nunquid vis alia pz? nūc omnibus; ut vides, sum exutus. MER.

d ij

## MANIVM DIALOGI E LV

Crudelitas, temeritas, iniuria, iracundia, reliquaq; huiusmodi sunt deponenda. LAM. Nudus iā; nudus sum. MER. Ergo ascende. Sed tu quis tā pinguis, tantaq; carne suffultus? DA. Damasi as athleta. MER. Videre video te in palestris exercitatū esse. DA. Ita: sed me admitte nudum venientem. MER. Nudus venis tanta carne refertus? Ea est deponenda, nam unico dūtaxat pē de hoc nostrū submergeres scaphidium, hę quoque coronationes, præconiaq; sunt abiçienda.

DA. Profecto nūc quidē sum nudus, atq; alijs par mortuis. MER. Sic esse magis decet: ingredere iam. Et tu Craton has abiçce opes, luxuriam pariter atq; molliciem, tecum ista nē deferas monumenta: nec non tuorę authoritates maiorę defere. Item & genus & gloriam tuę liberalitatis, famam p̄terea popularem, simulacra, ac epigrāma, ta. hęc em̄ o Craton sunt pergrauiissima. CRA. Minime feram: cunctaq; quidē, inuitus tamen, de seram. Proh D̄j immortales, quid iā sumus p̄fisi? MER. D̄j boni, & tu his emicans armis, qd̄ tibi vis? etiā quid sibi hoc tropheum? NI. Quoniam o Mercuri, ardua domi militieq; facinora feci, ob quę ciuitatib; domiatus fui. MER. Arma & tropheum humi deseras. Nā apud inferos oīa

P. VIRVNIO. INTERPRETE 19.

funt summa pace composita, nihilq; his opus est  
armis. Sed q;s est is, qui sub honestatis habitu su-  
percilia elatus, curaq; onustus, ac pexa barba co-  
matus, tam lento pede aduenit? ME. Philoso-  
phus certe o Mercuri, imo magus prodigijsq; re-  
fertus, quo circa iube eū spoliari. o q; multa ridicu-  
la iocabundaq; videbis. MER. In primis hūc de-  
pone habitum: tū & reliqua etiā. Proh Iupit̄, q;n,  
tam iactantiam, atq; arrogantiam, quantāq; igna-  
uiam, insaniāq; & lītes, ac vanitates, verbaq; scru-  
pulosa, labores vanos, nugas, ambages, atq; oīm  
genera deceptionū secum tulit. q; primū ijs te ex-  
ue: & mentiri quoq; & potissimū arbitrari, & cę  
teris potiorem esse. non quinq; remis hęc dumta  
taxat ferre valeret. PHl. Cunctis me exuam?

ME. O Mercuri, fac ei barbam abradi. nā est res  
grauissima. MER. Item depone barbā Philoso-  
phe. PHl. Quis est tōsor? MER. Menippus.  
Cape securim Menippe: barbāq; Philosopho ab-  
rade. ME. Serram potius concede: ut res sit ma-  
gis ridicula. MER. Satis eff securis. oh iam bar-  
bam depositisti. ME. Nō vis & supercilia ei ab-  
radi? MER. Maxie. Quid est hoc Philosophus?  
quid lachrymas? montē ne formidas? ascēde be-  
no animo. ME. Allud restat magis ponderosū.

## MANIVM DIALOGI E LV.

qd clanculū te gerit. MER. Quid, cedo? ME. Adulationes, blanditiās qz, quæ illi in vita valde profuerūt. PHI. Et tu Menippe, qua gratia hāc tuā non ab ijs liberalitatem, letitiā, risum, ac fortitudinē? Nū ceteros solus es derisurus? MER. Menippe, huiuscemodi tecū habeto. nā leuia uti liacqz sunt, & inter nauiganduz oportuna. Sed tu orator desere tantā elegantiā, copiamqz verbor̄ & queſtiōes, ac ratiocinationes, atqz huiuscemodi plura. nā per maxime sunt grauitatis. ORA. Morē tibi geram. MER. Scaphidiū satis est res fertum: funem igit̄ a litore soluite: ancoram a pro ra retrahite: scalas tollite: malū scandite: agite, ve la ventis tradite. tu quoqz nauta clauū dirige. At quid fletis umbræ amentes, maxime tu Philoſophe? an qā modo barbā deposuisti? PHI. Nō. MER. Quāobrē ergo? PHI. Quia īmortalis esse putauī. ME. Mentiſ; alia re tristat̄. MER. Qua? ME. Quoniā elegant̄ copioſe qz quēad modū solitus est dec̄tero nō crapulabitur: neqz noctu clāculum scortari, dieqz adolescentes oratiunculis allicere, ac eos pecunja emungere valebit: quo sobrius summo afficiſ dolore. PHI. Tu vero Menippe, nō formidas mortē? ME. Quo pacto? quū ad mortē festinauerim negnīce vocāt

## P. VIRVNIO INTERPRETE <sup>20</sup>

cāte: sed inter nauigandū nōnulla exauditur vox.  
utī quibusdā a terra acclamātibus. MER. Ita est  
Menippe. Nā quidā ad subsellia pergunt, qui Lā  
pici morte cōgratulan̄t: eiusq; uxor magna mu-  
lierz frequentia domum reducit: ac filij lapidibus  
ex urbe pellunt. Alij Clophantē laudant oratore  
quidā Cratone. condunt epitaphia. Materq; Da  
masiq; cum muliebri comitatu in funus prodit. Te  
vero Menippe, nemo profecto plorat: solus ve-  
nis cum silentio. ME. Minime. nōne rixātes au-  
dis canes, coruosq; crochiçantes, a quibus sumo-  
cum certamine iā humor: MER. Strēnuus es. s̄z  
iam p̄fecimus iter. Descendite vos, rectaq; in ius  
pergite. Nobis vero Charon p reliquis. nos no-  
strum ad iter reuertamur. Quid tanta cū mœsti-  
cia contemplamini ius subire? Ius est: ferunt q;  
acerbissimas hic esse poenas, scilicet lapideas, vul-  
tures: atq; vitam examinari cuiusq; necesse est.

## LVCIANI TERPSION.

Locutores, Terpsion, Pluto. TER.

Vstum ne hoc est o Pluto, me quidē e vita obi  
isse triginta quū sim annor̄: Tucritū vero senē  
septuagenarium, & ultra, adhuc viuere? PLV.  
Iustissimum quidem o Terpsio. Nam & si ipse vi-  
uit, certe ad nullius tamen mortem affectus est:

## MANIVM DIALOGI E LV.

tu vero omni tempore suā hæreditatē expectās, eū mori audiſſime cupiebas. TER. Nōne opus fuerat, quū ſenex sit, neque atq; decātero eius uti diuitijs, locum dare iuuēnibus? PLV. Nouas o Terpsio ſtatuis leges: quū ad voluptatez diuitijs uti nequeat, iplum e vita decedere. Aliter autē & iſpam ſortē de eo & nřam ſtatuiſſe videſ. TER. Hac de cauſa huiuscemodi accuſo ordinez, opus em̄ foret, eas res ſucceſſione graduq; fieri: ſenem primo, deinde q; in ea etate ſequereſ mori. Haud quaç; ſe exercere, aut viuere ex ſenecta pōt. tres dūtaxat dentes illi relictū ſunt: vix deseruiunt oculi: curuatus a quattuor famulis deducitur, degutſ tantes nares, lipposq; oculos habēs, nihil deniq; voluptatis deguſtans: haud aliter existens q; ani matum quoddā ſepulchrū, ab iſpa iuuentute deriſum. Ut morian̄ optimi atq; robustiſſimi adoleſcentes, haud ſecus eſſe videſ acsi flumina ſurſum deferantut. Aut ſaltē ſcire necelle foret, quādo et ſenum quilibet obiret, ne aliquos, prout eis moſt, fallerent, quippe in preſentia eſt illud prouerbiū, ut aiunt. Quadriga bouem ſepiſſime ducit. PLV. Hæc quidē o Terpsio, prudentius fiūt q; tibi pfecto videant. Verē & vos quid paſſi eſtis: rebus em̄ alienis gaudetis; dum ſenibus, filijs or-

# P. VIRVNIO INTERPRETE

27

batis, vosmet tantogē tradatis: quā obrem in de-  
risum adducti, ab illis sepelimini: quod quidē plu-  
rimis sit piucundū. Nā quanto vos magis mori il-  
los optatis, tanto plus omnibz q̄ gratissimum  
est, si ante eos vos mori contingat. Etenī nouam  
quandā in mediū adducitis arte, vetustos arcz de  
crepitos quū amatis: p̄fertim quidez, si liberis sint  
orbati, qui vero liberos habent, illorū vobis non  
est cura. Qzq; ex ijs q̄ amant plurimi, minime ve-  
ro ignari astu, si eis liberos esse cōtingat, illos o-  
disse dissimulent: ut & iipi habeāt amatores. Inde  
ijs in testamēto exclusis q̄ munera diutissime ob-  
tulerunt, liberi, sicuti pfecto dignū est, omnē eore  
substantiā consequunt: at illi tristitia affecti, sua  
q̄ spe delusi, dentibus fremunt. TER. Oia hæc  
vera sunt que de me & Tucrito autumas: quū sp̄  
eū mori putarē. Introducebat em̄ me dū in angu-  
stia positus esset: atq; sub velamine quodā, tanq;  
ex ouo pullus imperfectus gratulabāt. Vnde qnto  
citius eū ad sepulchrū duci existimabā, tāto plus  
mea me fallebat opinio. quū sp̄ magis se differre  
pararet. Et nō ijs, qui amore cōcurrebāt, muneribz  
me p̄claris vincerēt, plurima sollicitudine exci-  
tatus iacebam, singula enumerās: eacq; causa mei  
fuerūt interitus. Is tandem adeo mihi hamū dilace-

c

## MANIVM DIALOGI E LV

rantē imp̄ssit, ut prius me deridens sepulchro trā  
deret. PLV. Euge o Tucrite, diutissime viuas;  
una & diuitijs abundās, & huiuscemodi hoīes de-  
ridens: necp̄ prius moriaris, c̄p̄ hos blanditores cū  
etos p̄mittas. TER. Hoc quidē o Pluto piu-  
cunduz mihi foret, si ante Tucritū Careodos vita  
decederet. PL. Boni animi sis o Terpsio, & Phi-  
do etiā, & Melanthus, & oēs penitus ipm̄ p̄ce-  
dent, ex ip̄is met (ut p̄diximus) curis. Haec ego  
sumo p̄e cōmendo, o Tucrite diutissime viuas.

## LCIANI HERCVLES.

Locutores, Diogenes, Hercules. DIO.

N Vnquid Hercules ipse est: Haud quisq; me  
hercule alius. Arcus, clava, pellis leonina, ma-  
gnitudo īp̄a, totus deniq; Hercules est. Igit̄ e vita  
decessit qui Louis erat filius: Dic quoḡ o p̄ecia-  
rissime, mortuus ne es: Ego em̄ quū terre sup̄e-  
sem tibi haud secus q̄ deo sacrificau. HER. Re-  
cte q̄ppe sacrificasti. Hercules em̄ ipse ī coelo una  
cum dijs imortalibus cōsistit. Heben apud se ha-  
bens cruribus formosissimā. Ego vero qui te al-  
loquor sua sū umbra. DIO. Quidnā dicas ama-  
bo: umbra ipsius dei: HER. Fieri em̄ potest,  
altera eū ex parte deū esse, altera vita decessisse.  
DIO. Utq;. HER. Ille em̄ neq; mortuus est,

sed ego dūtaxat qui sui sum imago. DIO. Per  
 pendo nunc poptime, tecīpm pro sua virili parte  
 Plutoni tradidisse. HER. Sic res se habet. DIO.  
 Quo pacto igit̄ callidissimus quū sit AEacus, te  
 cū nequaç̄ esse nouit, sed admisit tanç̄ subindu  
 etum Herculē. HER. Quoniā sibi sum perç̄ si  
 milis. DIO. Vera autemas: nā ita persimilis, ut  
 ille ipse sis. Caureas igit̄ ne contra sit: ut tu quidez  
 Hercules existas: imago vero apud deos īmorta  
 les Heben in uxore duxerit. HER. Audax nimi  
 una es atç̄ loquax: & nisi ab argutijs, quas in me  
 intulisti, desinas: senties ç̄primū qualis dei ima  
 go sim. Arcus em̄ nudus est atç̄ paratus. DIO.  
 Cur aut̄ decepero te timeam, quū semel mortuus  
 sis: Sz per tuū Herculē dic quæso, dū ille viuebat  
 eras ne una secū, & tūc imago existens: aut unus  
 quidē eratis in vita, posteaç̄ e vita decefflistis se  
 parati: ac ille quidē ad deos īmortales aduolauit.  
 tu yō umbra, ut dignū videtur, ad inferos adue  
 nisi: HER. Etsi fas ē quidē foret, nequaç̄ respō  
 deri viro sophistice percunctanti: attamen aures  
 quoç̄ ad hoc porrigas. Quicquid em̄ Amphitri  
 onis in Hercule erat, idīpm morte affectum est:  
 quod nempe ego sum (ut dixi) totum. quod aut̄  
 loui attinet, est cum dijs īmortalibus constitutū.

## MANIVM DIALOGI E LV.

DIO. Perspicue nūc intelligo. autumas em̄ eadē vice Alcmenā duos peperisse Hercules: unū qđē ex Amphitrione, alterū vero ex sumō loue: ex q̄ factū est, ut gemini i unius matris utero lateretis.

HER. Nequaç̄ o insane, idem profecto ipsi era mus ambo. DIO. Neq; adhuc ad intelligenduz id facile est, duos Hercules in unū esse cōpositos. n̄isi q̄s diceret, vos tanç̄ Hippocētaurē in unum fuisse copulatos, hoīem vic̄, & deū. HER. Nō. ne sic tibi hoīes compōni videt̄ animo & corpe. Vnde qđ prohibet animū quidē ip̄m ex sumō loue natū, adesse cœlo, me vero mortalē ad inferos venisse. DIO. Utic̄ elegant̄ hæc differuisses, si corpus hac tēpestate es̄ses, sed incorporea es̄ imago. itaq; periculū est, te triplicē iā fecisse Hercule.

HER. Quonā modo triplicē? DIO. Hoc quidē modo. nā sī unus in cœlo existit, tu vero apud nos imago, corpus aut̄ apud tumulū sā in puluerē versum, hæc tria iā cōfecta sunt.. animaduertas. igit̄ velim, quē tertiu corpori esse intelligas patrem.

H. Audax es, atq; sophista, s̄ qđ nomē tibi est qui hue aduenisti: DIO. Diogenis sinopei imago: ip̄e aut̄, p̄ ip̄m louē, minime cū dījs me īmortālibo, sed cū mortuorē optimis constitui: Homerū atq; huiuscmodi fabulas deridens:

# PHILOSOPHORVM AVCTIO.

23

LVCIANI dialogus lepidissimus, q̄ suo mo  
re poeta philosophos ridet, eosq; venales seruos  
facit, loue qdē vendente, at agente prēcone Mer  
curio: interprete Nycholao Beraldo. Interloquū  
tur Iupiter, Mercurius, Emptor. IVPITER.

V quidē scamna dispone, locumq; præpara  
veniētib;. At tu adductos huc philosophos  
in catasta statue: s̄z comptos prius, ut pulchri, de  
centesq; appareant, multosq; inuitent emptores.  
Tu vero Mercuri prēconem age: & q̄ recte felici  
terq; cedat nobis, emptores ad forum conuoca  
q̄ primū ut adsint, quando philosophos cuiusuis  
generis atq; istituti adducturi sumus. Porro si q̄s  
præsenteis numos non habeat, soluet postea, da  
to prius fideiussore. MER. Adsunt quidē mul  
ti, a nobis neutiq; diutius remorandi. IV. Ven  
damus igit̄. MER. Quem vis primū oīm addu  
camus? IV. Comatū hunc ionicū, nā austерum  
nescio quid præse fert, ac venerandū. MER. Hūc  
cine Pythagoricū dicis? Descende tu ergo: teq;  
n̄s qui cōuenierūt præbe conspiciendū. IV. Age  
elama. MER. Vitam optimā vendimus, ac gra  
uissimā, quis emperor erit? Quis supra hominē sa  
pere vult? Quis nosse uniuersit harmoniā? Quis  
renuiuscere? EM. Hic quidē nō utiq; ingenero  
e iij.

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

sa est facie. Sz qd nouit potissimū: MER. Arithmeticam, Astronomiā, prodigiosam doctiām, Geometriā, Musicam, diuinationē. Summū certe vatem vides. EM. Licet ne hominē interrogare: MER. Interroga tu bonis (quod dicū) auisbus. EM. Cuias es tu: PY. Samius. EM. Vbi eruditus: PY. In AEgypto, ab ijsqui AEgyptū incolunt philosophis. EM. Age vero, si te emerero, ecquid me decebis: PY. Nihil decebo, sed reminisci faciam. EM. Quomodo tandem: PY. Quū tuam ipsius animā expurgauero, eiqz sordes o mneis eluero. EM. Sed fac me purgatū esse: qua ratione id efficies: PY. Primum omnium quiete, silentioqz opus est diurno, perpetuaqz anno, quincqz taciturnitate. EM. At tibi o bone, melius sit Crēsi filiū instituere, nā quod ad me attinet, loqui ego, non aut statuē instar perpetuo silere volo. At quid post tam diurnū tandem qui quennij qz silentiū: PY. In Musica, Geometria qz exercebere. EM. Belle dicis, siquidē citharae dum prius, dein philosophuz esse oportet. PY. Ad hæc numerare etiā. EM. Et iā quoqz scio numerare. PY. Quomodo numeras: EM. Vnū duo, tria, quattuor. PY. Vides ne ea que tibi qz tuor esse vident, esse decem; absolutuqz quēpiam

## N. BERALDO INTERPRETE

ex ijs trigonon fieri, ac iusurandū nostrū? EM  
Nunq̄ hercle iuramentū hoc quaternariū audiui  
neq̄ sermones eiusmodi sacros ac diuinos. PY  
Postea sc̄ies o hospes, quenā sit terre, aeris, aquæ,  
ac ignis vectatio: & qua sint forma quo q̄ modo  
moueant̄. E. Est ne aliq̄ igni, aeri, aquæ forma?

PY. Et manifesta quidez. Nec eī informia ac  
sine figura moueri possunt. Nosces p̄terea deum  
& numerū esse, & harmoniā. EM. Mira dicas.  
PY. Adde his, q̄ aliu videri, aliu vero esse te sc̄is  
es, qui unum esse te putas. EM. Quid ais? alias  
ne sum, non hic qui te alloquor? PY. Nūc qdē  
is qui es, at quondā alio corpore, alio q̄ nomine  
videbare: atq̄ itidem olim in aliud transibis cor-  
pus. EM. Hoccine ais? Immortalē fore me, in va-  
rias mutatū formas? Sed de his satis supq̄. Quæ  
nā vero tibi victus ratio? PY. Ex animantibus  
nullū comedo: ab alio nullo nisi a fabis abstineo.

EM. Cur usq̄ adeo a fabis abhorres? PY. Nō  
abhorreo ego, s̄z sacrū qddā sunt, mirac̄ eorū na-  
tura est. Nā primū qdē nil aliud q̄ semen st. Qz si  
viridē adhue fabā exueris, videbis pudēdis, virili-  
busq̄ nefcio qd̄ siſe. Decoctā vero si noctib⁹ ali-  
quot lung exposueris, sanguinē ex ea facies. qd̄q̄  
mai⁹, Atheniēsib⁹ mos est, fabis magistratus eli-

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

gere. EM. Pulchre omnia, ac plane diuinitus dis-  
sti. Ceterz exuitor. quando nudum te videre cu-  
pio. O Hercules, aureum est huic femur, non ho-  
mo est, sed imortalis quispiā deus esse vide: qua  
propt' eum oīno emam. Quanti eū facis? MER.  
Decem mnis. EM. Ego tanti emo: precium acci-  
pe. IV. Scribe emptoris nomen, simul ac patriā.

MER. Italicus quispiā esse videt o lupiter, nimi-  
rum ex ijs qui Crotонem, ac Tarentū, ac magnā  
Græciā incolunt. Quāq; non unus, sed pene tre-  
centi cum sui cōmodi gratia emerint. IV. Abdu-  
cant illum; nos q; aliu euocemus. MER. Vis ne  
squalidum illū ponticum? IV. Prorsus. MER.  
Qui peram ex humero suspensam gestat: Descē-  
de. Ades: ac sedes has circumi. Vitam virilē ven-  
do, vitam optimā, generosam, ac liberam vendo.  
Philosophū liberum quis emet? EM. O præco,  
quid ais tu: vendis hominē liberum? MER. Vē-  
do ego. EM. Deinde nihil times, ne plagi accus-  
atum in Areopagitaruz iudicium quis te vocet?

MER. Nihil hic auctionem curat: quoniā se oī-  
no liberū esse putat. EM. Quis eo uti velit usq;  
adeo sordido, atq; infelicitate iacenti, nisi fossorem  
eū, aut lixam quis forte facere velit? MER. Nes-  
q; id modo, sed & si atriensem eū p domus ve-

## N. BERALDO INTERPRETE

25

stibulo statueris, quo quis cane fidelior em eum inuenies. Est scilicet huic canis nomen. EM. Cuias, quaque artem profitetur? MER. Rogat tu hoc est ita enim optime feceris. EM. Eius timeo austera tem ac tristitia, ne me adlatret accendentem, ac pro loquacitate mordeat. Videsne uti sis baculum sustulerit, cum traxerit supercilia, ac iracundum quiddam minabuntur dumque aspiciat. MER. Ne timeas: mansuetus est ac benignus. EM. Hoc primum o optime, cuias es? DIO. Unde uis? EM. Quid ait? DI. Mudi ciuem vides? EM. Imitaris ne quēpiam? DI. Herculem. EM. Cur tu itaque leoninam, ut ille, pelle non induis? Nam baculo quidem illi nihil es dissimilis. DIO. Penula haec mihi leonina pellis est. Pugno vero ut ille, aduersus voluptates, sed ulro et a nemine iussus: ut qui vitam malim expurgare. EM. Pulchrum, ita me deus amet, institutum. Sed quid te nosse dicemus? aut quam arte tenes? DI. Liberator sum hominum, & morborum animi medicus: veritatisque oīno, ac libertatis propheta esse cupio. EM. Age o propheta. Ceteri si te emero quo me tandem modo docebisis? DIO. Primū quidem te adsumens, & delicias exuens tuas, tecum in ege state claudens penula induam. Post laborare coagam, humi dormientem, & aquam bibentem: tecum non f

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

exquisitis, sed obuijs primū edulijs explere. Pecunias vero si quas habeas, authore me in mare p̄sūcies. Vxorem nō curabis, non liberos, non patriam: tibiq; ea omnia nugae videbunt. Relinquens vero paternā domū, aut sepulchrum aliquod habitabis, aut desertam turrim, aut etiā dolium. Pera vero tibi erit lupinis plena, libriscq; intus & exterius scriptis; atq; ita maximis regibus feliciorē esse te dices. At te si quis aut flagellet, aut torqueat, eorū nihil esse tibi durum molestūq; existimabis. EM. Quid ais? Flagella mihi nihil fore dura ac molesta; Necq; em̄ testudinis, aut carabico ro tegor. DIO. Euripidis illud, paucis mutatis, imitaberis. EM. Quid tandem? DIO. Mens qui dem tibi dolebit, at lingua nequaq;. Tibi vero ad esse hęc debent. Impudentē te esse oportet, ac audacē, cunctisq; & principibus & priuatis conuiciari. eo em̄ modo te suscipiēt, magnanimūq; esse coniūcient. Barbara vero tibi uxor erit, absconiq; locutio, ac plane canina. Facies intenta, ingressus vero eidē cōueniēs. Ferina deniq; agrestiacq; oīa. Pudor vero, equitas, modestiaq; p̄fcul esto: ruboremq; oīno e fronte deradito. Hominū cōuentus ac cōciliabula, nūdinasq; sequere: in ihs solus atq; incōmutabilis esto, non amicū, don hospitē

admittes. his em̄ fere magistratus soluit. Cunctis  
vero videntibus ea audacter facito quę nemo so-  
lus, priuatimq; faceret. Venerē quoq; tibi q̄zma +  
xime ridiculā eligito: ac deniq; vel polypū, si tibi  
videt, crudū, sepiamue comedens morere. En ti-  
bi nos hanc felicitatē conciliamus: EM. Apage  
sis. Scelesta em̄ sunt hæc, non humana quę dicis.

DIO. Sed q̄z maxime facilia o noster, & ad quę  
cuius quenire promptū sit. Nō em̄ eruditioē, nō  
studij s tibi, nugisq; eiusmodi opus erit: sed bre-  
uis, compendiariacq; hęc tibi ad gloriā via fuerit.  
Nā seu priuatus agas, ac tinctor coriarius, salsa +  
mentarius ue, aut faber, aut numularius: nihil oīno-  
phibebit te esse admirabilē, modo nō desit impu-  
dētia, atq; audacia, rectecq; i quēuis opprobria ia-  
stare didiceris. EM. Nihil mihi pfecto in hac re-  
tua opera opus ē. Nauclerus yō forte, aut olitor  
pop opportune fueris, si hic duob; ad sumūz obolis  
te vēdere mihi velit. M. Hūc tu accipe, nihil em̄ iu-  
cundius nobis, q̄z ab obturbatore isto, clamosocq;  
ac maledico liberari. IV. Aliū voca, cyrenē illū  
purpuratū ac coronatū. M. Adeste cūcti, atq; di-  
ligent' auscultate. Est hęc quidē sūptuosa res, ac di-  
uitib; aptissima. Vita hæc est suauis ac ter beata.  
q̄s delicias expetit: q̄s delicias sumas emere vult.  
E. Veni & dic qđ nosti. ego em̄ te emā: si qđē util;

AUCTIO PHILOSOPHORVM.  
michi fueris MER. Ne obturba quæsa hominē  
optime, neq; interroga. parū em̄ sobrius est: neq;  
q; tibi quicq; cōmode responderit, ut qui lingua  
sit lubrica ( vides em̄ ) ac titubante . EM. Ecq;  
fanus corruptum hunc ac nequā seruum emerit.  
Quæ vero unguenta olet. Ut lubricū quiddā in  
cedit. Verè dic tu Mercuri, quid nouit hic potissi  
mū? MER. Est hic oīno quidē in victu dexter,  
computationibus q; ac comensationibus, & tibi  
cinis q; maxime idoneus: aptissimus profecto, a  
matore euipia: ac perditō domino. præterea cōndi  
endorū belliorū egregie gnarus, obsonatorq;  
experientissimus, atq; oīno voluptatis iucundio  
risq; vitæ professor. Eruditus quidē est Athenis,  
seruit vero tyrannis Siculis, a quibus vehemēter  
colebatur. Instituti vero eius caput est, omnia cō  
temnere, omnibus uti, ac voluptatez undecunq;  
venari ac expetere. EM. Quærendus tibi quis  
piam alius ex opulētis istis optimeq; numatis ho  
minib; quādo ego emendē huic vitæ hilari haud  
sum idoneus. MER. Ociosus quantu; video o  
Iupiter nobis hic superit. IV. Trajūcito hunc &  
atq; aliū adducito. Imo vero duos istos. Nēpe ri  
dentem illū ex Abderita, & flentē alterq; Ephesiū  
nā utrūq; simul vendere certū est notis. MER.

## N. BERALDO INTERPRETE.

27

Descendite hue, atq; in medium procedite. Optimas vitas vendo, sapientissimos omniū philosophos vendo. EM. O lupiter, quæ est hæc varietas? Hic enim ridere non cessat: alter vero lugere quæpiam videt. iugiter em, atq; ubiq; lachrymas fundit. Quid hæc o noster sibi volunt? Quid ridet? DE. Rogas? Quoniam quæ agitis vos ridicula mihi videntur omnia: vosq; præterea ridiculis. EM. Quid ais? Numnā nos omnes ride, nostrisq; omnia usq; adeo paruipendis? DE. Ita habet serium in eis nihil; inaniam vero cuncta, atomorum rūq; abundantia, infinitasq; multitudo. EM. Nō ita quidē: sed tu, ut vere dicam, inanis es, ac plane imperitus. O quæ est hæc contumelia, haud unq; ridendi finem facies? Tu vero quid fles optime? multo em melius putq; te alloqui. HER. Quoniam o hospes, miserandæ mihi res cunctæ mortaliū esse vident, nihilq; in eis esse non fragile: idcirco me miseret vestri: & præsentia haud quaq; mihi magna videntur, futura vero omnino misera. Dico vero conflagratiōes atq; uniuersi calamitatē. Horæ idcirco misereor. Nempe q; nihil est in eis stabile, sed cuncta miscent inter se ac conuoluuntur: ac nihil differt voluptas a molestia, peritia ab imperitia, magnū a paruo, & sursum deorsum cir-

f ij

## AUCTIO PHILOSOPHORVM

Cumcurrētia, & ultro citro q̄z cea in æui huius ius  
dico transeuntia. EM. Quid est quum? HER.  
Puer ludens talis, ac cōtendens. EM. Quid sūt  
homines? HER. Dij mortales. EM. Quid dij?  
HER. Homines immortales. EM. Enigmata  
dicis o noster, & grīphos cōnectens, quēadmo-  
dum & Apollo, nihil, ut vere dīcā, explices. HE.  
Nā vos omnes ne pili quidē facio. EM. Nemo  
itacq̄ sanus te emerit unq̄. HER. Ego vero oī-  
bus gregatim flere iubeo, ementibus, & nō eme-  
tibus. EM. Hoc malū haud distat ab insania: q̄  
propter neutrū horum emere certū est. MER.  
Inutiles & n̄ nobis supersunt. IV. Tu aliū ven-  
de. MER. Athenensem ne illū hominem? IV.  
Proſsus. MER. Huc ades. Vitam bonā & pru-  
dentē vendimus: quis emet sanctissimū hunc phi-  
losophum? EM. Dic mihi, quid maxime nostis?  
SO. Pueros amo: per belleq̄ amoris numeros,  
omneis teneo. EM. Qui igitur emam te, qui pe-  
dagogo egeam formosissimi mi filij? SO. Ecq̄s-  
me uno aptius formoso cui puer adesse pos-  
sit? Nā non ego amo corpora, sed agimā esse pul-  
chram puto. Si quidē & si mihi formosissimi pue-  
ri deponant, ac sub eadē stragula iaceant, audies  
eos indignū se nihil a me pati affirmantes. EM.

# N. BERALDO INTERPRETE.

28

Quis hæc tibi crederet, scilicet quū pueros ames, nihil te præter animam curare? Præsertim in tanta licentia. nempe eodem lecto iacentē. SO. Iuro equidē tibi & canem, & platanum, hæc ita es. EM. O hercules, quodnam est hoc iuriurandum, quæue deorū absurditas? SO. Quid ais? Putas nē canem deum nō esse? Nescis qualis sit in AEgypto Anubis, in coelo Sirius, & apud inferos Cerberus? EM. Recte dicas, at non adueteram. Sed quam tandem vitam agis? SO. Ego quam mihi ipsi ciuitatem condidi, habito. Republika vero quadam peregrina utor, & mihi ipsi leges facio. EM. Vnū aliquid ex tuis placitis audi cupio. SO. Audi maximum quidpiam qd de foemini sentio. Existimo enim nullam ex eis unius, sed cuiuscunqz esse debere. EM. Quid ais sublatas ne leges de adulterio? SO. Per louem, ac omnem de eis curam, inanemqz diligentiam.

EM. Quid vero de formosis, tempestiuis qz pu eris existimas? SO. Osculum ī præmij vice vis ris claris, ob egregium aliquod ac memorabile facinus ultro dabunt. EM. Pape, quę est hæc libertas? Cæterum quodnam est tuæ huius sapientiæ caput? SOCRATES. Ideæ, & horum omnium exemplaria. Nam eorum quęcun-

f iij

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

q̄ vides, terre, atq; eorū quē super terrā sunt, celi,  
maris imagines quedā sunt occultē extra uniuersum. EM. Vbi sunt? SO. Nusq;. Nā sicubi es  
sent, non essent. EM. Nō video hęc quę dicas ex  
emplaria. SO. Nil mirū. cęcus em̄ es oculo, ego  
vero oīm imagines video: tecq; ipm̄ intuisibilē, &  
me aliū, & oīno gemina omnia. EM. Emendus  
es igitur sapiens usq; adeo quū sis, atq; acuta acie.  
Age, quanti, aut quid a me precij petis? MER:  
Da duo talenta. EM. Emi ego quanti dicas: ar-  
gentū vero iter p̄soluam. MER. Quod est ti-  
bi nomē? EM. Dionis syracusano. MER. Age,  
accipe id quod tibi cedat feliciter. Epicureū te vo-  
co. Quis emere hunc vult. Est hic quidē ridentis  
illius discipulus, itemq; ebriosi alterius, quos pau-  
lo ante indicabam. Porro unum quiddā plus illis  
nouit, quatenus impius magis est, cetera iucundus  
& gulæ amicus. EM. Quant? MER. Duab̄  
minis. EM. Accipe. At videam oportet quibus  
nā potissimū eduljs gaudeat. MER. Dulcibus  
maxime gaudet atq; mellitis, maxieq; expetit ca-  
ricas. EM. Facile hoc emā itaq; illi sciuū massas.  
IV. Aliū voca, illū scilicet deralū & seuerq; sto-  
cū. MER. Recte dicas. nā multi eorū qui ad forū  
cōuenerunt, eūipm̄ expectare vident, p̄am veri-

# IN BERALDO INTERPRETE

29

tatem vendo, vitā pfectissimā vendo . quis unus  
oīa nosse vult? EM. Quid hoc? MER. Nēpe  
q̄ solus hic sapiēs, solus pulcher, solus iustus, for-  
tis, rex, rhetor, diues, legislator. Denicq; quid nō?

EM. Numnā o bone, & cocus solus est, & per  
Iouē, tinctor coriarius, faber, atq; id genus alia?

MER. Ita videſ. EM. Veni o bone, ac mihi em-  
ptori dic quisnā ſis: atq; illud quidē primū, nūnā  
graue tibi ſit q̄ venalis ſis ac ſeruus? CHry. Ne  
quaq;. nā hęc in potestate noſtra quidē non ſunt.  
Porro quecūq; in potestate noſtra nō ſunt, indif-  
ferentia eſſe neceſſe eſt. EM. Nefcio quid dicas.

CHry. Quid aīſ: nescis q̄ quędā ſunt pręgme-  
na, alia yō rursus apoprcgmena? EM. Ne nūc  
quidē intelligo. CHry. Nil mirz, ut qui eiulmo-  
di nominibus noſtris affuetus non ſis, neq; com-  
prehendendi vim habeas. Studiosus vero quis-  
piam, atq; in logica ſpeculatione versatus, nō tm̄  
modo haec nouit, ſed quid ſit accidens, & quid p̄  
teraccidens, quidq;, & quantū inter ſe differant.

EM. Ne graueris per philosophiā obſecro haec  
verba nobis exponere. nam nescio quomodo ob-  
ſtupui eiulmodi verborum ſono. CHry. Perli-  
benter quidem, citraq; inuidiam omnem. Nam ſi  
quis claudus eoipſa quo claudicat pede in lapidē

f v

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

forte impegerit, ac vulnus aliquod ex occulto accepit: habebat is quidem contingens, nimirum claudicationem: vulnus vero quod postea accedit, præter contingens. EM. O mirum hominis ingenium. Quid vero aliud potissimum nosti?

CHry. Verborum laqueos, quibus implico me cum differentes, atq; eorū ora obturo & ad silentium adigo, ceu iniecto illis fræno. Hæc autē facultas, celebratus syllogismus vocat. EM. Hercules, inexpugnabilis cuiuspiā, ac violenti nomen dicas. CHry. Audi igit̄. Est ne tibi filius? EM.

Quid nō? CHry. Hunc igitur si forte iuxta fluuiū errantem crocodilus deprehendat, rapiatq; ac mox redditurū se tibi eundem promittat. Nē pe si quid statuerit de reddendo tibi filio vere disxeris, quid eum dices statuisse? EM. Rem quę ris haud quaq; dictu facilem. Nam dubito, utro dicto filium recipiam. Verū tu per louem, responde, mihi filium serua, ne prius occupatus a crocodilo voretur. CHry. Confide. Nam alia mox ex me disces haud paulo magis mira. EM. Quę tandem? CHry. Metentem, dominantem, exindeq; electram, atq; obducta illum facie. EMP. Quemnam illū obductum, aut quā electram dicas? CHry. Electram illam inclytam Agamēno

nis filiam, quę eadē simul & nouit, & non nouit. Nam quū ei p̄xime adstaret Orestes ignotus ad huc, nouit quidē Orestē: ut qui frater eius esset: q̄ vero is Orestes esset ignorabat. Obductū yō il lum, maximeq; admirandū sermonē audies. Naz hoc mihi responde. Nostī tuūpius patrē? EM. Certe. CHry. Quid igit̄, si quē admoueam tibi velata facie, interrogemq; hunc cine nosti. Quid dices? EM. Nimir, haud nosse me. CHry. At qui erat is pater tuus: quare si hūc ignoras, patrē etiā manifesto ignoras. EM. Non quidē. at is si reuelata facie fuerit, id quod res est sciam. Ceterq; quorū tādem hæc tua sapientia, aut quid tum potissimū facies, simul atq; summū virtutis fastigium fueris assecutus? CHry. Circa primigenia versabor: diuitias dico, sanitatem, atq; id genus alia. Porro necesse est prius sumō studio ac labore libris ijs subtilibus incubuisse, scholia cōgere, ac solcēcismis, absurdisq; verbis impleri. quod q; p̄cipuū est: haud fas est sapientē te fieri, prius q; elleborū ter biberis. EM. Generosa hæc oia, planeq; virilij. Ceterq; auarum, abiectumq; esse, ac fēnētorem (adēsse em̄ tibi hęc omnia video) numnā eius esse dicemus qui elleborum biberit, aut absolutā quāmpiā virtutem fuerit assecutus;

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

CHry. Certe. Soli enim sapienti foenerari licet. Nam quū eius propriū sit mutius, colligere, foentreare vero atq; usuras supputare haud multum a colligendo abesse videantur, manifestū hoc non minus sapiētis esse q̄ illud. Necq; hoc simpliciter quidē. Necq; em ei usuras modo accipere licet, q̄ usurarum etiam usuras. Alioqui ignoras; ex usu & ris quādam priores esse, quādam posteriores, p̄ inde atq; illarum foetus; iam vero vides quid efficiat syllogismus. Nam si usurā primā accipiat, accipiet & secundam. At qui primā quidē accipiet, accipiet ergo & secūdam. EM. Eadem ergo dicamus oportet de mercede, quam ab adolescentibus accipis, quū manifestum sit, sapienti soli virtutem præmij loco esse. CHry. Sapere incipis. Non enim mea ipsius, sed dantis gratia mercedē accipio. Nā quum ex hominibus hic profusus sit, ille contra continens ac comprehendens: ego me ipsum quidē exerceo, comprehensor ut sim, discipulum vero, ut sit profusus. EM. At qui contra dicebas discipulum quidē comprehensorē, te vero solū diuitem, effusum. CHry. Rides o noster. At vide ne syllogismo qui demonstrari nequeat, te configā. EM. Ecquid ab ihs tuis iaculis periculi grauis esse p̄? CHry. Perplexitas, silentiū, ani-

mi stupor, ac mentis eversio. Quodq; omniū maximū, ego te, si velim, esse lapidē cōuicero. EM. Quomodo lapidem? Nō em Perseus o optime esse videris. CHry. Hoc modo. Lapis numnam corpus est. EM. Certe. CHry. Quid vero animal, nō hie est corpus? EM. Fateor. CHry. Tu voto an non animal? EM. Ita puto. CHry. Lapīs es igit̄ corpus quū sis. EM. Non ita, sed res solut̄ me pet̄ louem obserro: meq; denuo hominem ex lapide facito. CHry. Haud difficile id qd̄ dem. Sed tu homo iterū esto: dic mihi, omne corpus est animal? EM. Non. CHry. Quid yō lapīs? animal? EM. Non. CHry. Tu yō an nō corpus es? EM. Sum. CHry. Corpus vero quū sis, an non es animal? EM. Certe. CHry. Nā igit̄ lapīs es: animal quū sis. EM. O recte factū. Ut mihi nuper crura, ceu Niobes quondā, pfrixē rānt, ac pene faxea facta sunt. Emam te: idcirco. Quant? MER. Mn̄is duodecim. EM. Accipe. MER. Solus ne eū emisti? EM. Non per louem solus, s; t̄j omnes quos vides. MER. Multi, pfecto, validisq; humeris, ac metentis sermo ne digni. IV. Ne cessa. aliū accerse. MER. Peripateticū te dico, te inq; pulchrum, ac diuitem. Emite prudentissimū hunc, rerumq; oīm peritissi

## A V C T I O P H I L O S O P H O R V M

mum. EM. Qualisnam est? MER. Modestus  
equus, victu temperans, quodq; omniū maximū,  
duplex. EM. Quid ais? Alius ne extrinsecus, at  
q; intrinsecus alias? MER. Quare hunc sī eme  
ris, memento exteriorē hunc atq; interiorē voca-  
re. EM. Quid yō nouit potissimū? MER. Tri-  
plex bonū esse, animq; corporis, ac fortunq;. EM.  
Humana sapit. Quantū est? MER. Viginti mis-  
nis. EM. Magnū id quidē. MER. Non o beas-  
te, etem pecunię quidpiā habere videb; quare cau-  
sam haud dices, quin emas protinus. Disces q; pri-  
mū ab eo etiā, quot annos viuat culex: quantoq;  
intervallo a sole distet maris profundū: & quenā  
sit ostrear̄ vita. EM. Que hæc est diligentia, at  
q; exacta doctrina? NER. Quid vero sī & alia  
audias multa, longe ijs acutiora? Nimirē de semi-  
ne ac generatiōe, de hominis in utero formatiōe,  
& q; homo quiddā sit risibile, asinus vero necq; ri-  
sibile sit animal, necq; fabricę aptu, necq; natatile.  
EM. Grauissima hęc sunt omnia, utillesq; (quas  
dicis) discipline: q; propt̄ emo eū viginti. MER.  
Esto. Quis iam reliquus nobis factus est? Scepti-  
cus ille. Tu o Pyrrhia adesto: ut q; primū venda  
re. Effluit eñ iam turba pene omnis, ac pauci iam  
admodū supersunt quibus vendere liceat. Verū,

tū quis emere & hūc vult? EM. Ego. Sed tu dic  
primū, quid nosti? PHI. Nihil. EM. Quomō  
hoc abs te dictū est? PHI. Quoniā nihil omni-  
no esse mihi videtur. EM. Nōne & nos quiddā  
igīt̄ sumus? PHI. Ne id quidē scio. EM. Nec  
te quēpiam esse? PHI. Multo etiā id magis ne-  
scio. EM. O que est hęc dubitatio. Quid hę ve-  
ro sibi volunt staterae? PHI. Appenda in eis ra-  
tiones, atq; ad æquilibrium reduco: quumq; ve-  
hementer similes æqualesq; pondere eas esse vis-  
deo, tunc demum ignoror, utra sit verior. EM.  
Quid vero aliud optime facis? PHI. Omnia, ni  
si q; fugitiuum comprehendere nequeo. EM:  
Cur id nequis? PHI. Quoniā optime non com-  
prehendo. EM. Nihil mirum. nā tardus, segnis  
q; quispiam esse videris. Cæterꝝ quisnam est do-  
ctrinę finis tibi propositus? PHI. Imperitia: ni-  
hilq; necq; audire, necq; videre. EM. Surdum igi-  
tur ac cæcum esse te dicis. PHI. Immo vero sine  
iudicio, ac sensu, nihilq; verme præstantiore eſ-  
se me. EM. Emendus es itaq; vel ob hęc maxi-  
me. Quantū hūc facis? MER. Mina attica. EM  
Accipe. Quid ais o noster? Emi ego te? PHI.  
Incertum. EM. Incertum: Emptus quidem mi-  
hi es; dataq; pecunia. PHILOSŌ. Nōdum

## AVCTIO PHILOSOPHORVM

tibi assentio, sed hoc mecum tacitus ipse considero. EM. At qui tu me quidem sequere, uti seruum decet. PHI. Quis nouit, vera sint, nec ne quod dicas. EM. Præco, mina, quicquid adsunt omnes. PHI. Adsunt ne hic nobis aliquis? EM. Enim vero ego iamiam tibi in pistrinum coniecto, persuadabo dominum me tibi esse: tecum causa esse inferiore. PHI. Et de hoc dubito adhuc: ac nihil dum assentio. EM. At ego iam per louem, iudicavi. MER. Tu quidem huic desine obloqui, ac contradicere: emptoremque sequere. Vos vero in crastinum vocamus. vendituri enim priuatas, mechanicasque, ac forensis vitas sumus.